Mandavit recaptari tectum in partibus, ubi adest necessitas, et extrinsecus expurgari a sordibus, et vepribus

De Ecclesia S. Mariæ nuncupata della Pieve

Die d.a 7.o Junij de sero

Erat parvus Conventus FF Minorum Conventualium S. Francisci, qui fuit suppressus ex Constit.e S. Mem. Innocen.i X, et Ecclesia concessa fuit Mensæ Ep.li, cum onere manutenendi, ut in præcedentibus Visitationibus

De Altare S. Mariæ

Ex obligat.e præfati Conventus celebrandæ erant missæ centum quinquaginta septem pro Animabus Benefactorum quas hodie celebrat sumptibus Mensæ, parti in hoc Altari, parti in maiori, et in eo S. Fran.ci et Laurentius Augustini

Numerus autem Missarum, quia ignorabantur nomina Benefactorum deductus olim fuit ex attestat.e plurium Cappellanorum, ut in Visit.e Epi Aleotti fol. 535. Verum in p.nti Altare quotidie celebratur ex Testo q. Jois Augustini sumptibus Mensæ, et Cappellani ad p.ns sunt R. Dom.cus Troncarelli, et R. Pacellus Pacelli, qui celebrant alternatim per hebdomadas per quos mand. doceri de adimp.to

Viso Altare, cu Picturæ Laterales nulla prorsus de-
lineationẽ retineant, Illmus D. mand.t parietes deal-
bari, et Altare provideri de novis Tabellis secretar, de
tela cerata, et stragula

De Altare S. Ursulæ

Societas Piar Mulier sub eod tit.o, curã gerebat hu-
ius Altaris, illudq manutenebat partim ex eleemo-
sinis, partim ex redditibus Modicæ summæ, quar
nota habeatur in actis fol. 65. quã exhibuit Lu-
cia Pacelli, vulgo Santesa. Eo inspecto invenit suffici-
enti provisu

De Altare Maiori

Mandavit reaptari Baldachinu, provideri de pallio saltem
Coramineo, de tela cerata, et stragula, de tabellis secretar

De Altare S. Stephani

Ex voto, et obligat.e Communitatis decantatur ibi missa in
festis SS. Barnabæ, et Stephani, mand. provideri de
pallio, et de tela ut s.a

De Alt.e S. Fran.ci

Mand.t provideri de pallio

Cumque Tabulæ secretar expositæ in Altaribus, et fixæ
statim a muribus corodentur, mand. provideri de duabus
Tabulis amovibilibus, ut post celebrat.e Missam Eremita

sive Custos

siue Custos Eccl[ia]e, illas custodiat iuxta mentem
eidem explicatam

De Sacristia

Mand[avi]t reaptari Planetas diversorum colorum et ex duabus ni-
gris fieri unam, et provideri de Missali pro Defunctis

De Tota Eccl[esi]a

Inventa fuit ad formam

Eremita ad p[rese]ns est F. Petrus q. Laurentij Porchiao-
ni de Vallerano ætatis annorum 60, cui Ill[ustrissi]mus D. com-
mendavit custodia, et nitorem Eccl[esi]æ

His expeditis, Ill[ustrissi]mus D. de novo ad Eccl[esi]am Parochialem peregit
ad explicandum Doctrinam, et Cathechismum.

De Eccl[esi]a B. Mariæ del Ruscello

Die 8. Junij 1710 de mane

Ill[ustrissi]mus D. ad præfatam Eccl[esi]am se contulit, et celebrata Mis-
sa absolutione Defunctorum peregit, visitavit, et de-
crevit ut infra

De S[anctissi]mo Eucharistiæ Sacr[amen]to

Post preces visitavit S[anctissi]mum Sacr[amentu]m, quod asservatur in Al-
tare maiori in Pixide argentea, invento ad formam, et
cum Eo Populum benedixit

De Sac. Reliquijs

Mandavit in una ex capsulis apponi Cruce, et in altera